



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

Parisiis, 1644

XV. De obsequio & disciplina libertorum ecclesiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15300

eorumque profapia, contra primævas modernaque patrum regulas quibuslibet * personis ingenuis copulari, tam illis, quam eorum stirpi, non licebit ab ecclesiæ patrocínio euagari, sed aut ad debita obsequia reuerti cogendi sunt; aut, si redire noluerint, quæcumque vel parentes eorum, vel ipsi ab ecclesia sunt adepti, vel in eius patrocínio visi sunt conquisisse, insistente pontifice, in ditionem propriæ reducantur ecclesiæ.

ANNO
CHRISTI
655.
* perso-
nis aut
Gothis
aut Ro-
manis

XV.

Ecclesiæ liberti, eorumque progenies, eidem basilicæ, de qua libertatis gratiam meruerunt, obsequia prompta sinceraque parabunt. Qui sicut hoc in * obsequium pro possibilitate sui, quod utiles ingenui dabunt, ita quoque in emendatione culparum, quod inutiles ingenui sustinebunt.

* obse-
quio
* dabant,

XVI.

Ino parte
16. cap. 67.

Libertis ecclesiæ, eorumque progeniei, ex omnibus rebus quæ de iure ecclesiæ noscuntur habere, nihil licebit in extraneum dominium transactione * quarumcumque deducere: sed si ex his quælibet vendere fortasse voluerint, sacerdoti eiusdem ecclesiæ offerant conuenienter emenda, earumque precia, ut eis placuerit, aut dispensent, aut habeant. Nam in dominium partis alterius rei suæ censum nullo modo transire permittimus. Suis autem filiis, vel propinquis, eidem ecclesiæ vel seruitio vel patrocínio subiugatis, quæcumque vendere vel donare voluerint, aditus omnino patebit.

* quacū-
que

XVII.

In foro iu-
dic. libro.

Baptizati Iudæi quocumque loco cetero tempore

pore